UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

Rever[endissi]mo Ac Seren[issi]mo Principi Ac Domino, D. Ferdinando, D. G. Electo & confirmato Archiepiscopo Coloniensi, & Principi Electori, Episcopo Leodiensi, & Monasteriensi, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-50645

Visual Library

REVER.^mo AC SEREN.^mo
PRINCIPI AC DOMINO,

D. FERDINANDO,

D. G.
Electo & confirmato
ARCHIEPISCOPO
COLONIENSI,
&
PRINCIPI ELECTORI,
EPISCOPO LEODIENSI,
& Monaſterienſi, Coadiutori & Administratori Paderbornenſis, Hildesheimenſis, Berchteſgadenſis Eccleſiarum, Principi Stabulenſi, Comiti Palatino Rheni, vtriuſque Bauariæ Duci, Duci VVeſtphaliæ, Angariæ, & Bullonij, Marchioni Franchimontenſi,
&c.
DOMINO CLEMENTISSIMO.

SAECV-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SAECVLVM hoc noſtrum, Seren.me Princeps, adinſtar terræ, æſtu multo torridum, abſq; iugi eloquij diuini irroratione, nimium quantum eſt aridum: ſed Dei munere temperant, ac pluuiam fundunt affatim ſalutarem cordi bono, pij libri. In magna horum copia neſcio an aliud quid affluentius de fonte ſuperno irriget mentẽ hiſce R. admodũ P. Claudij Aquauiuæ Societatis IESV toto orbe florentiſsimæ, ad annos 34. cum ſumma laude fructuq; immenſo Præpoſiti Generalis, MEDITATIONIBVS, de quibus aptè dici poſſet illud, quod qui aſsiduò eas legerint, tractauerintq; fiet illis *fons aquæ* viuæ *ſalientis in vitam æternam.* Mole quidem ſunt exiguæ, numero paucæ, ſed pietate grandes, doctrina ſacra vberes, quæ Horas

Eccle-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eccleſiæ, quas vocant minores, mira pietate explanant. Haſce viri tanti è Ducali Adriæ familia oriundi Seren.me V. Celſ. viſum fuit inſcribere, tum ob beneficia, quæ à Ser.ma V. C. larga benignitate in me meoſque profecta ſunt, tum quod ingratas eas haud fore ſperem tam religioſo optimi Principis animo, quas ideò etiam Principali & regia, vt ſolet, fronte clementiſsimè ſuſcepturum confido. Ita Seren.mam V. Celſ. Deus Opt. Max. diu Religioni Catholicæ, Patriæque ſoſpitet, æternùm voueo. Coloniæ Vbiorum, ipſo Profeſto Præcurſoris Dominici Diui Ioannis Baptiſtæ. Anno ſalutis humanæ M. DC. XVI.

Ser. V. Celſ.

indignus Cliens

Ioannes Kinckius

Ciuis & Bibliop. Colon.